

quem aut plures alloqueretur, vel de certa aliqua re ageret. Hujusmodi sunt illa, quae Samuel procul Saulem redarguens : « Melior est enim obedientia, quam victim » *1 Reg. xv, 22*; et quae Deus de Iudeis loquens : « Numquid voluntatis meæ est mors impi? » *Ezech. xvm, 23*. Si enim prioribus aliqui suades, ut legibus obtemperet, posterioribus vero, ut Deum sibi benignum futurum speret, profecto non ea usurpas in sensum accommodatum, sed in proprium ac germanum.

COMMENTARIA

IN OMNES

S. PAULI EPISTOLAS.

PROÆMIUM.

QUIS, QUALIS, QUANTUS S. PAULUS.

Octo dotes et prærogativa eximia in S. Paulo considerandas et admirandas sunt. *Prima* est, præclaræ ejus natura et indole; *secunda* est, mira ejus vocatio et gratia; *tertia* est, rara ejus sapientia; *quarta*, heroicæ ejus virtutes; *quinta*, efficacia et fructus in evangelizando; *sexta*, illustre illius martyrium; *septima*, miracula; *octava*, ejusdem fama et gloria.

CAPUT PRIMUM.

De Pauli genere et indole.

Quoad *primum*, fuit Paulus nobili Iudeorum prosapia ortus, e tribu Benjamin. S. Hieronymus, lib. *De Srip. Eccles.*, cap. xv, videtur tradere Paulum Gischale, Iudeæ oppido, natum esse; quo a Romanis capto, eum cum parentibus sumis Tarsum Cilicie commigrasse. Verum idem S. Hieronymus, in epist. ad *Philem.*, hanc traditionem fabulam appellat, et vere fabula est. Certum enim est Paulum non Gischale, sed Tarsi natum esse, id enim ipse affirmat *Act. xxii*: « Ego, inquit, sum vir Iudeus, natus in Taro Cilicie. »

Porro Tarsus Cilicie erat metropolis, et ius municipale a Romanis fuerat consequata, ita ut Tarsenses censerentur cives Romani et civium Romanorum privilegiis fruerentur. Unde Paulus, *Act. xvi, 37*, et *xix, 23*, civem Romanum se esse proclamat: « Si hominem Romanum, inquit, et indemnatum licet vobis flagellare? » Cumque dicaret Tribunus: « Ego multa summa civitatem, » vel, ut Graeci habent, *πολιτείαν*, *civilitatem*, « shane consecutus sum; » respondit Paulus: « Ego autem et natus sum. » Jus hoc civitatis Romanæ adepti sunt Tarsenses a Julio Cesare et ab Augusto, eo quod utriusque partes in bellis civilibus strenue adiuvissent. Unde et Tarsus Juliolopolis est dicta, ut testatur Dio Cassius, lib. *XLVII*.

Ilae de causa liberaliter et nobiliter educatus fuit Paulus, atque Grecorum litteris et liberalibus disciplinis egregie exculus: nam harum scholæ florebat Tarsi, hisque ita dediti erant Tarsenses,

ut teste Strabone, lib. *XIV*, in studiis hisce superant Athenas et Alexandriam; adeoque ipsa Roma Tarsensis litteralis abundavit. Paulus ergo Genitilium scientis Tarsi apprime imbutus, inde, quod genere Iudeus esset, ad Iudeorum metropolis Hierosolymam, ut sacris disciplinis a Gamaliæ eruditetur, prefectus est. « Ego, inquit ipse *Act. xxxi*, nutritius sum in ista civitate, secus pedes Gamaliel eruditus juxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, sicut et vos omnes. »

Tantum vero in hisce profecit, ut Tertullianus, lib. *V* *Contra Marcion.*, ante finem, assiceret nos dubitet neminem magis nosse medullas Scripturarum, quam S. Paulum. Audi et S. Hieronymum ad *Pauliūm*: « Cur dicitur, inquit, Paulus vas electionis? nempe, quia legis et S. Scripturarum erat armarium. »

Fuit autem Paulus Platirisæ, scia secta apud Iudeos erat nobilissima et prestantissima. Ita enim ipse ait *Act. xxv, 5*: « Secundum certissimam, » grecæ ἀπόφεσιν, id est diligentissimam, exactissimam, religiosissimam, « sectam nostræ religionis vixi Phariseus. »

Jam vero insignis, magnanima et heroicæ ejus indole eluet in arden i ejus zelo et pugna pro Iudaismo, quo, errans, licet, putansque obsequium se prestare Deo, ipse adhuc adolescentem ducem se præbuit Iudeis ad persequendum et extirpandum Christians.

« Saulus, inquit Lucas, *Act. viii*, devasta-

bat Ecclesiam, per domos intrans, et trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. » Et cap. ix, 1: « Saulus adhuc spirans minarum et eadis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut, si quos inveneret hujus viros ac mulieres, vincitos perduceret in Ierusalem. » Luculentius vero ipse Paulus, *Galat. cap. i, vers. 13*: « Supra modum, inquit, persequebar Ecclesiam Dei, et expugnabam illam, et proficiebam in Iudaismo supra multis coetaneos meos in genere meo, abundantius æmulator extensis paternarum mearum traditionum. »

Nimirum mystice impletum est in Paulo vadicens
Iacobii, *Genes.* xlix. : « Benjamin lupus rapax,
mancus comedet predam, et vespera dividet
spolia. » Praecelle S. Augustinus, lib. XXII *Contra Faust.*, cap. lxx. : « Anime, inquit, virtutis capaces ac fertiles premuntur sepe vita, quibus hoc ipsum indicent, cui vistuti sint potissimum
accommodante, si fuerint praeceptis exculta. Sie Moyse occidens *Egyptium*, vitiosus quidem, sed
magne fertilitas signa fundebat: ita quoque
Pauli sevitia silvestre erat vitium, sed magne
fertilitas erat indicium. » Quis enim postmodum
in Evangelio tote orbe propagando animos et
ignes Pauli sequivit? quis in laboribus pluribus? quis
in carceribus abundavit? quis in crucibus
et plagiis majoribus? quis in periculis tam inter-
ritus? quis in arduis tam audax et excelsus?
quis tanta, non dicam moliri, sed et cogitare
austris fuit, quanta molitus est, fecit et confecit
Paulus?

CAPUT II.

De mira S. Pauli vocatione et gratia.

Secundo, illustris Pauli vocatio et gratia imprimis in eo elocet, quod ipsa a Christo immortaliter et gloriose et ecclesie vocatus sit, cum ali apostoli a Christo mortali in terra vocati sint. *Terterum*, quod Christus cum Paulo quasi duellum inierit, eumque sibi odio flagrantem, in ipsa persecutione in terram prostraverit, vicerit, subeggerit. *Cum enim inclinasset illi* Christus : « *Saulé, Saulé, quid me persequeris?* » *Mox ille :* « *Quis es, Domine?* » *Iursum Christus :* « *Ego sum Iesus, quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum edicere.* » *Cui ille statim manus dicas :* « *Domine, quid me vis facere?* » *Quam valida haec Christi cum Paulo contentio!* quam potens vocatio! quam efficax gratia, que momento cor Pauli hostile sibi subditum, amicum et obsequens effectit, que Saulum in Paulum, lupum in agnum, persecutorem in praedatorem, Iudeum in Apostolum commutavit! Et qualiter quantumque Apostolum, audi: « *Vas elections (instrumentum et organum electum) est milii iste, ut portet nomen meum coram Gentibus, et regibus, et filiis Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* »

Mirantur S. Ambrosius, Basilius, Aristoteles, Plinii et alii echineida, sive remoram, exiguum pisciculum, qui vastissimas navium moles validissimam etiam ventorum turbinibus agitata, nullo suo labore, non detinendo, non manus injiciendo, non alio modo quam in adherendo, renorunt et sistit. Causam et modum hasc僧
nves sistendi varium varium divinat. Alii fieri id putant, quod echinus navi qualitatem aliquam imprimat, quae eas impetrat hiectatissimum remoretur; aliis, quod adherendo detinet per virtutem sibi immatum, sicut homo per manum

detinet lapidem ne cadat; alii, quod primo re-
ipsam sistat, et immobiliter adhaeret loco et
spatio suo, ita ut nulla vi, etiam navim impel-
lente, inde dimoveri possit, ac consequenter nec
navis cui adheret cuique se affixit.

Quanto magis mirum fuit in Pauli, quem hominem turbib[us] concupiscentie in berathrum ruentem praecepit sistere: ejus amores et astus inhibere, immo in contrarium reflectere? ad Christum, quem pessime oderat, trahere, Christo unire et vincere?

Hanc sui vocationem et gratiam admirans Paulus, *Timoth. I, 4*: « Fidelis, inquit, sermo et omni acceptione dignus : quo Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui crediti sunt illi, in vitam eternam. » Quis penitus veniam et gratiam non speret, cum Saulum blasphemum et persecutorem Christi, ab eo in gratiam intimamque amicitiam receptum videt?

Jam vero quanta fuit Christi gratia, qua Paulum Gentium doctorem orbis magistrum creavit? « Mihil, inquit ipse, Ephes. cap. iii, 8, omnium Sanctorum minima data est gratia his, in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, que sit dispensatio sacramentis absconditi a seculis in Deo. » Et I Timoth. cap. ii, vers. 7: « In quo positus sum ego predicator et Apostolus (veritatem dico, non mentionem), doctor Gentium in fide et veritate. » Dicebat ille adulator:

Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.

Nos vere dicere possumus Christum cum Paulo, non imperium, sed titulos et munia sua divisisse: Christus enim orbis est redemptor et doctor; Paulus vero preaco est et doctor orbis omniumque gentium.

Hunc vero gratiae quam strenue cooperatus est ad Paulus? quanta fide munus sibi commissum obivit? quam scelulum, ardente et indefessum se Gentibus omnibus preconem exhibuit? Dicat ipse, *Roman. xi, 13*: «Quamdiu ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo; » Spartani quam nactus sum, exornabo; et *1 Cor. cap. xv, vers. 10*: «Grafixa Dei sum id quod sum, et gratia eius in me vacua non fuit; sed abundans illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia illis mecum. »

Pono quatos Evangelii et Gentium causa labores generose exstardar, quata pericula interpidus adierit, quanta ludibria, erumnus, plagas et verbera alaces sustinuerit, earrat ipse *l Cor. cap. iv, vers. 5*: *et spectaculum, inquit, qui sumus mundo, et angelis et hominibus: nos stulti propter Christum, usque in hanc horam et esurimus, et sitiamus, et nudi sumus, et colaphis castigari*

mur, et instabiles sumus (ἀστερίας), insertis locis et sedibus vagamur et discurrimus), et laboramus operantes manibus nostris : maleficemur, et beneficiomus ; persecutioem patimur, et sustinemus ; blasphemamur, et obsecramus ; tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsemus usque adhuc. »

Uerius vero, plenius, nervosius laborum et
passionum suarum catalogum seriemque genero-
rum Christi athleta pertexit, aut potius perstringit
Il Corin. xi, 23: «In laboribus, inquit, plurimis,
in carceribus abundantibus, in plagiis supra-
modum, in mortibus frequenter. A Iudeis quinque-
quadraginta una minus accepi. Ter virgis caesu-
sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci,
nocte et die in profundo mari fui : in itinere-
sepe, periculis fluminum, periculis latronum,
periculis ex genere, periculis ex Gentibus, per-
iculis in civitate, periculis in solitudine, periculis
in mari, periculis in falsis fratribus : in labore et
terrumna, in vigiliis multis, in fame et siti, in ja-
nissimis mullis, in frigore et quiditate.»

CAPUT III.

De rara Pauli sapientia.

Tertio, eximia Pauli sapientia passim in epistolis eius conspicua est. Ipsae enim continent mediulm fidei et religionis Christianae. Sunt de gratia, de predestinatione; de Christi redemptione et toto eius in carnis economia, de matrimonio et iure conjugum, de celibatu, de Ven. Sacramento et sacrificio, de novem ordinibus angelorum, de munis Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum totumque ordinis hierarchico nullus ita plane, graviter, exacte et sapienter disseruit ac Paulus. Taceo naturalem et grecianicam ejus scientiam, in qua Tarsi insigniter, ut dixi, exultus fuit,

Paulus Ethnici episc. admirans, **Pauli** fortia, quam etiam Ethnici admirati sunt: adeo, ut tradat S. Chrysostomus, hom. 3 in I ad Cor., apud Ethnicos disceptatum fuisse, an Paulus Platoni, cuius doctrinæ gravitatem et subtilitatem illi in primis venerantur, præferendum esset.

Memoria dignum quod de S. Paulo scribit Clemens Alexandrinus, lib. VI *Stronat.*, his verbis: *Quonodo Deus Iudeos salvos esse voluit, dans eis Prophetas; ita etiam Graecorum spectatissimos propriæ sue lingue exercitatos, prout poterant capere bei beneficentiam, a vulgo secrevit.* Preter Petri predicationem declaravit Paulus Apostolus dicens: *Libros quoque Graecos sumite, agnoscitis Sibyllam, quomodo unum Deum significet, et ea quæ sunt futura: Hydaspen sumite, et legitim, et inventemini Dei Filium multo clarius et apertius esse scriptum, et quemadmodum adversus Christum multi reges instruerent aciem, qui eum habent odio, et eos qui nomen ejus gestant, et ejus fideles, et adventum, et tolerantiam.* *Hac Clemens, non ex epistolis, sed ex concionibus*

S. Pauli, per manus tradita posteris consignavit: unde discas quanti veteres ac S. Paulus Sibyllina oracula fecerint. Ita Baronius in *Apparatu Annal.*

Christianam et divinam ejus sapientiam intue-
mur: cuius preoccidentiam et profuditatem satis
ipse insinuat, cum ad Gal. 1., asserat se Evange-
lium non ab homine accepisse et didicisse, sed per
revelationem Iesu Christi. Rursum, quod ille Cor.
xii, se raptum asserat in tertium et summum Bea-
torum celum, scilicet in paradisum, ibique an-
divisse arcana verba, que non licet homini loqui,
quae oculus non vidit, nec auris audivit, nec in
cor homini ascenderunt. Sublimi illa ex colesti-
bus, homini ineffabili, immo incomprehensibili
sunt. *Tria sunt, ait Sapiens, mihi difficilia: via*
aquila in celo, via colubri super terram, via na-
vis in medio mari. Quia aquilam haec Paulum
in celum perniciissime se librament, vel visu as-
sequatur? Paulus ergo non in terrena, sed in co-
lesti schola eruditus, ibidem quasi creatus et
consecratus est magister Evangelii doctrorque
orbis.

Moses in Sina collocatus cum Domino, acceptis ab eo legis tabulis, inde prodiit quasi novus et celestis legislator ad populum: Paulus vero non in Sina, sed e cœlo, quasi Propheta, immo quasi angelus urano-gnomon in terram descendit, ut arcana legis Evangelicae toti orbis panderet, atque eveneret mysteria eternis temporibus tacita et abscondita a constitutione mundi. Quapropter Origenes affirmat extitisse nonnullos, qui crederent Paulum esse veritatis Spiritum. Per misum, quem Christus suis discipulis promisera, dicens, *Joan. xix.* : *Ego robago patrem*, et alium Paracletum dabit vobis, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere : *ille vos docebit omnia*, et suggesteret vobis omnia quæcumque diræ vobis. ^a

Verius et solidius S. Dionysius Areopagita, Pauli
proles et heres, cap. VII *De Divin. Nominib.* Paul-

proles et haeres, cap. vii. *De Mvlt. Nomibz.*, Paulum
communem nostrum solem; et alibi, eum-
dem sapientie abyssum indigit, ab eoque altissima
sacra menta suamque Ecclesiasticam pariter

Audi S. Chrysostomum, hom. 4 *De Laudibus S. Pauli*: «Paulus, inquit, archetypus honorum, cui omnem predicationem, res orbis, mysteria puncta universamque dispensationem Deus concessit. Ipsa celum solamen habens justitiam, ipse maxima expiatione crucifigerans et sancte discipulis

AUS. Hieronymus, epist. 61 ad Pammachium
Paulus, inquit, was electionis tuba Evangelii, ru-
tibus leonis nostri, lumen eloquentiae Christianae,
qui mysterium retro generatio[n]ibus ignoratum, et
profundum divitiarum sapientie et scientie Dei
miratur, quam loquitur : quem quoties-
cumque lego, videor mihi non verba, sed audire
contraria.

Amplius dico: Paulus doctor fuit Petri, doctor

PROCIMUM DE PREROGATIVIS S. PAULI.

Myst. re-
cations
Gentium
primus
componit
Paulus.

S. Chrysostomus ab eminibus Faustini legi videntur.

Paulus Chrysostomus semper in manu bus.

Paulus heresi-
mastery. S. Au-
gustini lectione Pauli cover-
sus.

Eusebii veteres Paulus prope-
rietas. I. canones que epis-
tolas. Ebion in Paulum debuc-
tor, cui tor est Eusebius, lib. VI, cap. XXVI.

et illi Secundi non omnes quidem Pauli epistolae,

Apostolorum; imo doctor Angelorum. Utalia praeterem, Paulus insigni sapientia, fiducia et constantia Petrum a recte trahite Christianes libertatis deviantem, et nonnulli in Iudaismum inclinatem, redarguit, revocavit et corxit. « Cum venisset, ait ipse Galat. II, Cephas Antiochiam, in faciem ei restituisti, quia reprehensibilis erat. Et cum vidissimum quod non recte ambularet ad veritatem Evangelii, dixi Cephas coram omnibus: Si tu, cum Iudeus sis, gentiliter vivis, et non iudicatur, quomodo Gentes cogis iudicari? » Rursum, magnum illud mysterium vocacionis Gentium ad fidem et ad Christum primus ipse mox a sua conversione, utpote doctor Gentium a Deo electus et declaratus, Act. IX, 13, plene cognovit: ipse Apostolus, ipse Ecclesiam, ipse angelos edocuit. Loquatur ipse, immo loquatur potius per eum Spiritus Sanctus, Ephes. III: « Prout poteris, inquit, intelligere prudentiam meam in Christo: mihi omnium Sanctorum minimo data est haec gratia, in Gentibus evangelizare; ut immo scilicet principibus et potestibus in ecclesiis per Ecclesiam (puta per me Ecclesie doctorem) multiformis sapientia Dei secundum preexistitum seculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro. »

Nemo jam mirabitur S. Chrysostomum, praefatione in Epist. ad Romanos, proclamare faicos omnes, etiam opifices et mercatores, Paulum identem legere debere. Quod si cuj id per negotia non licet, hic, inquit, saltem me Paulum enarrantem et explicantem assidue audiat: quare commentatoris que in Paulum reliquit nobis Chrysostomus, homiliis ejusdem fuerunt ad Populum. Sicut ipse Chrysostomus, ut refert Georgius, Patriarcha Alexandrinus, in eis Vita, nunquam simebant Paulum e manibus elabi, sed assidue eum legiebat, ac miraculo loco habebat ejus sapientiam.

Jam vero Paulus heresiomastix sua sapientia et acumen omnes Novatorum etlatum omnium errores destruit et configit. Auctor est S. Augustinus, lib. VII Confess., XXI, sub initio conversionis avidissimae se sacram Scripturam et pro eccliesi Apostolico Paulum ingenit fructu legitasse; quinque Pauli lectione plane conversum se fatet: quidem Augustinus, ut mox ex eo audiendum. Atque hoc huius causa, cur prisci heretici Paulum Paulique epistolae proscripsierint. Fuerunt illi triplices. Primi omnes Pauli epistolae repudiaerunt easque a canone S. Scripturae delitruncarunt. Horum parentes et dux, teste Irenaeo, lib. I, cap. XXVI, et Eusebii, lib. III Histor., cap. XXVII, fuit inimicus inops Ebion (sic namque in eum were huius S. Ignatius: Ebion enim hebreus pauperem et inopem significat), qui iudaizans Apostolum Paulum, quasi legis sue hostem, Apostolatum et Grecum per summum contumeliam appellabat, hunc dicem et errorum secutus esse Helechesitas, auctor et signare. Nimirum, imperiti et stolidi dum fugient vita, in contraria currunt.

Hoc modo Philippus ille, vere Melanchthon, pro

sed aliquas duntaxat, quas sciunt suis dogmatibus infestas videbant, ex catalogo sacro, more, ingenio et fastu hereticis usitato abaserunt. Il fuerunt Encratitas, Severiani, Marcionita, Manichaei, Ariani, Aetiani: nimis Encratitas et Marcionite utramque ad Timotheum, et unam ad Titum, illi alias sustulerunt.

Tertii omnes Pauli epistolae receptorunt, verum assurerunt in iis multa esse scripta dictante non Spiritu Sancto, sed genio et ratione humana: uti epistolam ad Philemonem, item ea que natura liter et familiariter seire et scriber poterat Paulus. Ha censuit anonymus ille, Fabrici discipulus, contra quem S. Augustinus sub nomine adversarii legis et Prophetarum duos libros editit. Huc etiam allusus Erasmus, cum in cap. II et xxvii Matthaei assertor scriptores sacros subinde memoria lapsos esse, et loven quosdam errores admissem. Alii denique subinde vitias et a falsario quicquam depravatas hasce epistolae somniorunt.

Hac similiter de causa Marcionis, teste Ephiphanius, heresi 42, e ceteris epistolis, quas ipse admittebat, id quod sibi videbatur, quodque palatio et oculus suis non ullibescerbat, spongia super pulitura et delicatula, quasi spurius extersit ac dispixit.

Venit veritas et auctoritas S. Pauli has omnes nebulas mox dispulit atque disject: adeo ut iam vel fanaticorum, vel umbrarum potius quam hominum obsolete et mortuorie sint hee cum suis auctoribus hereses. Quare illi refundunt non morabor: videat, qui volet, Irenaeo, Ephiphanius, Petrum Cluniacensem, epistola prioris Contra Hereticos et Petrosorios, atque Sextum Semensem, lib. VII Biblioth., cap. viii. Tantum illud hic animadversum dignum est, veteres illos hereticos, Iccl. epistolas hasce resupinet, eas tamen Paulo ascrispisse. Haec communis Orthodoxorum jam olim omnium consensus fuit, et est, hasce omnes epistolae, excepta una ad Hieronim, de qua aliquando dubitaverunt nonnulli (ut suu loco dicant), esse canonicas, plena majestate et spiritu Apostolico: quinimum nostri Seclarum haec Pauli epistolae prae ceteris sacrae Scripturae libris laudent, colunt et jactant. Sed et hi in aliis lapidem impingunt. Dum enim non aduentant, quando, contra quos, qua de causa tam acriter subinde insurget Paulus, a mente et sententi Pauli aberrant: nam ut illo qui acriter erorent aut vitium aliquod persequerent, in oppositum aliquid extremum videbat declinare et impingere: ita Paulus, dum contra Iudaos Gentesque sui temporis disputans, legis et nature opera ceremoniasque elevat et convexit, dum Christi fidem et gratiam incusat, videtur impensis tollere liberum arbitrium, operaque bona et meritoria, atque uni fidei salutem et justitiam ascribere et consignare. Nimirum, imperiti et stolidi dum fugient vita, in contraria currunt.

Melan-

PROCIMUM DE PREROGATIVIS S. PAULI.

Non ha-
reticus
Paulus
circum-
scriptus.

Lutherus
stolidus et
asperus
excellens
Melanch-
thonis
qui in di-
cunt Pauli
conven-
tione.

Calvinus
prole et
Augustini
magis
multa
lare.

Omnis
consensio
est has
epistolae
Pauli
libri, non
alii
equa-
mentur.

Hereticis
notari
aut ex
male in-
tellectis
Pauli
epistolae
errores
sue
inten-
tione
videtur
dum con-
tra quos
Paulus
scribit.

Secundum
partem
obscures
est
et
ambiguum
fieri sentiam,
quam ultraque lit-
gantium pars sibi arrogare et attribuere possit,

item non decidat, non determinat, neutri parti causam adjudicat. Lis ergo in fide et religione apud hereticos interminabili, *zal ἀναποτελέσθαι* sit oportet. Omnes enim ipsi Paulini sententias ad suas heres utuntur et abutuntur, et de earum sensu intelligentia perpetuo cum Orthodoxis, imo inter seipso concordant.

Exemplo non obsevo, sed claro res patet: asserit S. Paulus Christum in institutione Eucharistie dixisse: « Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. » Idem istem verbis dixerunt Evangelistae omnes, qui ultimam Christi cenam emerarunt. Calvinus et Calvini assecle verba Christi clara, simplicia, historica, testamentaria ultime voluntatis Christi, ad figuram et tropum tortuorum sensumque esse volunt: Hoc est figura corporis et sanguinis mei. Quid agitis? cornibus, vobis ipsis, inquam, oculos configitis. Ad Scripturam orthodoxos provocatis, ad illam quasi judicem certum et clarum appellatis, per eam omnem traditionem Patrum et Ecclesie exclusitis. Scripturam proferimus, Scripture verba clara et plena sunt: « Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. » Nos plenum et clarum verborum sensum amplectimur, vos illum declinatis; immo verba ipsa vestra explicatio invertitis et everritis, quia pro corpore figuram et umbram corporis surrogatis: quo jure? quia fide? Pari jure et modo licet omnia testamenta, omnes libros, omnes historias, fidem omnem subseruire.

Asserit Scriptura Christum esse natum, passum, crucifixum: pari libertate, qua vos, exponet Nicetaeus Christum natum, passum et crucifixum esse, non revera, sed per figuram, speciem et apparentiam tantum. Asserit Scriptura Filium esse Deum: exponet more vestro Atrius Filium esse Deum, non proprius, sed tropice per metonymiam, puta esse Deum, hoc est esse hominem divinum. Asserit Scriptura in fide SS. Trinitatis, Patris, et Fili et Spiritus Sancti, nos esse baptizandos: exponet vestro genio Sabellius, huc tria significare Trinitatem, non personarum, sed nominum tantum et potestatum unius ejusdemque personae divinae. Si in loco tam plano, tam claro nobis obrepit, si de sensu tam aperto nobiscum contendit, quid facietis in locis plane obscuris et impictis?

Quid? Vos ipsi in hoc alisque Pauli locis, de Pauli mente acerrime inter vos ipsos digrediatis: quis lites hasce componet? quis hic iudex sedebit? quis arbitri? Sane, nisi veneranda saeculorum omnium antiquitas causam definit, nisi prisa majorum Patrumque fides canam veritatem ostendat, nisi Ecclesia, que columnae est et firmamentum veritatis (Ecclesia enim a Christo data est). Scriptura ejusque sensus concordatius, ut eis custos et doctrix, audiatur: nemo erit ad diem usque iudicij, qui lites hasce resolut et terminet. Quis credit Christum Dominum tam male consuluisse et providisse Ecclesiae sua.

Incon-
ciencia
qua se
mutat
et
calvinis-
tarum.

PROOEMIUM DE PRÆROGATIVIS S. PAULI

omnis alia dominum respublica suos judices habeat, qui lites quasvis decidant et determinent. Plurima talia recenset illustrissimum Cardinalis Bellarmiinum in suo opere *Controvers.*, quod vere est panoplia recta fidei opusque eterna memoria dignum. Praevidit hoc et premonuit S. Petrus, epist. II, cap. vii: «Charissimum, inquit, frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut et in omnibus epistolis: in quibus sunt quedam difficultates intellectus, que inscriptas et instabiles depravant, sicut et ceteras scripturas ad suam ipsum perditionem.»

Caterum Paulum non Calvinum, nec Lutheranum, sed Catholice et Romane fuisse religionis et fidei, nemo enim legitimus ambigere potest. Paulus enim assertus se fuisse celibem, celibatum laudat, virginitatem suadet; gloriatur in cruce, in ieiunii, in vigiliis; castigat corpus suum; reprobus fieri timet; merita bonorum operum commendat, Deumque eius redditorum coronam justitiae asservat; dannat eos qui fidem Deo datam, vota, inquam, violant; docet homines esse liberis arbitrii, eiusque ut liberis suadet et praecepit amatus humilitatis, obedientie, chardatis, etc.; docet hominum sui peccati et damnationis esse auctorem, ac thesaurizare sibi ruram, non Deum qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, etc. Haec loquitur, haec scribit Paulus. Uri haec docent, Catholicine et Romani, an Calvinum et Lutherani? Tuam fides, tuum iudicium, tuam conscientiam, o lector, appello. Scio, dices, Catholicus, non Calvinista, nec Lutheranus, qui nullos celibates, nullas virgines habent, omnes conjugatos volunt, qui ieiunia et penitentias horrent, corpus delicate habent, fidei divina et speciali credunt singuli se predestinatos et salvandos, merita operum exercantur, votifragi sunt et votifragos recipiunt ac laudant, docent homines libero carere arbitrio, Deum omnium humanorum operum, tam bonorum quam malorum, ac consequenter tam damnationis quam salvationis cuiusque esse auctorem; fidem solam tege peccata, justificare, salvare, etc. Quis ergo conventus Christo cum Belial, luci cum tenebris, Paulo cum Culvano?

Paulus oceanus sapientie, zeli et spiritus divini. **Verum,** missis hereticis, ad nostros Orthodoxos redeamus. Paulus, ut dixi, oceanus et abyssus est tam sapientia, quam zeli et spiritus divini, atque ultraquam haec ita mixt m et glomeratum eructat et convolvit, ut se ipse capere suamque viam exprimere non posse videatur; ac veluti

Paulus *Vnde expromere non possumus.*
nam *balistis nostris nitroto de sulphureo pulvere gra-*
ita *vide, eo accesso ingenies ferri, aeris, lapidum*
com- *globos, fulminum instar, flammis eluctantibus*
paratu- *cum horrendo fragore et fumi convolutiones con-*
torquent; ita incensum Pauli pectus sapientia
aque ac spiritu gravidum et turgidum, cum den-
sas utriusque flammas expromere et ejaculari nit-
tur, quasi fumo intermixtaria fulgura, et crebra
tonitrua verborum et sententiarum vomit et con-

PROCÉDÉ DE PRÆROGATIVIS S. PAULI.

nam illius interim scholæ discipulus effectus excepérat. v

CAPUT IV.

De virtutibus S. Pauli.

Quarto Paulus virtutum omnium illustris fuit specimen et exemplar: quippe qui ex eas gentes omnes, toto orbe dispersas docere debet, non tam verbi quam factis: longa enim et languida est doctrina virtutum per verba; brevis et efficax eadem est per facta et exemplaria. Videntur id quoque Gentiles Philosophi. Quare Epictetus, *Enchiridii cap. xxix.*: «Nunquam, inquit, te Philosophum profitaris, nec apud imperitos multum disputa de preceptis, velut in convivio, nec die quo pacto sit edendum, sed edut de cœt. Nam et oves non fenestræ afferunt opibus, sed post intrâ se concoco exterus proferunt lanam. Et tu ergo ne verba ostendas imperitis, sed opera que verborum concepcionem sequuntur. »

Paulus ergo Christiane virtutis et perfectionis magister peritissimus, eamdem magis vita et de fide quam sermone docuit et expressit. Unde II Cor. vi, 4: «Exhibeamus (Grecie ενθεωρεται, id est commendantes, hoc est commendamus) nosmetipos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagiis, in laboribus, in vigilis, a jejunis, in exposito, in scientia, in longanimitate, in suavitate,

casitate, in scienda, in longanimitate, in stultitate, in Spiritu Sancto, in charitate non facta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiae a dextris et a sinistris. » Paulus, inquit Chrysostomus omnium virtutum fuit area; adeo ut, etiam: « ipsa potundat contra eum justorum chorus sigillata: « ipsa potundat contra eum justorum chorus

sunt agnoscens et admirans, quoniam et in alijs pars
seus. Sicut enim in solo dianthus inambulan-
tibus, calorem eis inde cum colore conciliant vel
nescentes, nec advertentes; ita fieri non potest,
ut qui non obiter et parergo, sed accurate et
sedulo Paulum versat, Pauli sensu non afflueret
ac spiritu. Age, si libet, in hoc deliciarum para-
diso inambulamus, libemus florem et pomum
hinc inde unum.

Vis violam humilitatis? Ego, inquit, sum minus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Novissime omnium tantquam abortivo visus est et mihi Christus. Mihi omnium sanctorum minimo data est haec gratia. Blasphemus fui, et
penitentem et contumeliosum

Vis myrrham pœnitentiae? « Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Castigo corpus meum,

et in servitatem redigo, ne, cum aliis predice-
verim, ipse reprobos officiar. Eramus aliquando
et nos insipientes, increduli, errantes, servientes
desideriis et voluptatibus, in malitia et invidia
agentes, odibilem, odiem invicem. Cum autem
benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nos-
tri Dei, non ex operibus justitiae que fecimus nos-
sed secundum suam misericordiam, salvos nos
fecit. »

Vis juglandem temperantia? a Usque in hanc horam esurimus et simus. » Abstinent fuisse Paulum et immnquo vinum bibisse senser Baro- nius, anno Christi 36, et alii. Idque ex eo collig potest, quod timotheus Pauli discipulus, ex Pauli utique institutione, exemplo et disciplina, abstine- muis fuerit. « Noli, inquit ipse, *ad Tim.* cap. v, 23, adhuc aquam bibere, sed modico vino utere, propter stomachum tuum, et frequentes uras infirmitates. » Item colligitur ex voto nazare- tianus, quod, ut satisficeret Iudeis, fecit Paulus, *Act. xxi.* statimque postero die expedit. At quo modo illud expiere potuit postero die, atque purificari in templo, nisi jam ante sua consecutio- nino (quod proprium erat huius ritus et nazare- tianus, teste Josepho, lib. *Il Belli*, cap. xv) absti- nuerit? aliquo enim fuisse hoc non religio, sed potius quedam legis illusio, et simulatio sancti- tatis efficio, et tanguum in scena fabula, ac in re gesta affectum mendacium, que omnia proprie- tates indigna sunt non solum tanto Apostolo, sed et quilibet Christiano.

Sicut illa constat? *Æmulator vos Dei temula-
tione. Despondi enim vos uni viro virginem cas-
tum exhibere Christo.* *Rursum:* *De virginibus
præceptum Domini non habeo: consilium autem
do, tanquam misericordiam concutere a Do-
mino, ut sim felicis. Existimo enim hoc bonum
esse, propter instantem necessitatem. Volo omnes
homines esse sicut meipsum.* *Unde liquet,* Pau-
lum non conjugalem, sed calibem evitare,
ut communis habeat Patrum et Orthodoxorum
sensus et consensus.

Vis palmam contemptus mundi, humanæ lan-
dis et vituperi? Si adhuc hominibus placarem,
Christi servus non essem. Mibi pro minimo est,
aut a vobis judicer, aut ab humano die; sed neque
meipsum judico: qui autem judicat me, Domi-
nus est. »

Vis amaranthum crucis? « Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. »

Vis rosam aculeatam amoris Christi? « Vivo

ego, jam non ego; vivit vero in me Christus; mihi
vivere Christus est, et mori lucrum. » Hac etiam
de cause singulis s^ep^e periodis nomen Iesu vel
Christi repetit et personal; utpote quod plus-
quam adamantinus litteris cordi insculperat. Sane
i cui Sanctorum, Paulo certe, Jesus erat mel in

Fam
phique
a eum et
salvo.
Actus
cum
Christo
empera
tus.
ore, melos in aure, jubilus in corde. Quam assi-
dua fuerit Pauli cum Christo conversatio, doceat
S. Chrysostomus, hom. 83 in Matth., cap. XVI:
« Paulus, inquit, cum in terris esset, ubi Seraphim sunt, ibi conversabatur, propius Christo
assistens quam hastati et stipatores isti regi assis-
tent: quippe cum isti aspectum huius illicem
cumperant, ille vero nulla rerum specie motus
universam mentis aciem ad regem (Christum)
semper tenderet. »

Vis hyacinthum coelestium cogitationum et de-
sideriorum? Fratres, jam non esis hospites et
advenes; sed esis cives Sanctorum et domestici
Dei. Non habeas hic manentem civitatem, sed
futurae inquirimus. Nostra conversatio in ecclias
est: unde et Salvatorem expectamus Dominum
noscum Iesum Christum, qui reformabit corpus
humilitatis nostrae, configuratum corpori clar-
itas sue. » Et vero omnia in hisce epistolis ce-
lestes spirant animos et ignes. Nee aliud in his
ubique agit Paulus, quam ut docet omnes ter-
rena despiceret, concupiscentiae turbines sedare,
carnis fluxos et infimos, sed incensos amores res-
tinguere, mentem ad coelestia et ad Deum ave-
care, illi unire et sociare.

Vis heliotropum gratitudinis, orationis et de-
votionis? Ephes. 1: « Benedictus, inquit, Deus et
Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit
nos in omni benedictione spirituali, in ecclias-
bus, in Christo: sicut elegit nos in ipso ante
mundi constitutionem, ut essemus sancti et im-
maculati in conspectu ejus in charitate. Qui pra-
destinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum
Christum in ipsum, secundum propositionem voluntatis sue, in laudem gloriae gracie sue, in qua
gratificauit nos in dilecto Filio suo, in quo habe-
mus redempcionem per sanguinem ejus, remis-
sionem peccatorum, secundum divitias gratiae
ejus que superabundavit in nobis, in omni sa-
pientia et prudentia: ut notum faceret nobis
sacramentum voluntatis sue, secundum beneficia-
tum ejus, quod propositum in eo, in dispensa-
tione plenitudinis temporum, instaurare omnina
in Christo, que in ecclias, et que in terra sunt, in
ipso. In quo eliam et nos sorte vocati sumus,
praedestinati secundum propositionem ejus, qui ope-
ratur omnia secundum consilium voluntatis sue:
ut simus in laudem gloriae ejus nos, qui ante
speravimus in Christo. » En quos gurgites, que
fluminis gratiarum et laudum convolvit et re-
volvit, eructat et regurgitat in Deum omnium
fontem.

Vis (ut alia preterea) malogranatum chari-
tatis? Hoc sane in Paulo tam verius, tam redolu-
lens, tam punice erubens mira alba blanditur. Accepe
et degusta: « Quis nos separabit a charitate Christi?
tribulatio? an angustia? an fama? an nuditas?
an periculum? an persecutio? an gladius? sicut
scriptum est: Quia propter te mortificarum tota
de, estimuli sumus sicut oves occisionis. Sed in

his omnibus superamus propter eum qui dilexit
nos. Certus sum (actus 26, certo mihi persuadeo,
fixum mihi et certum est) quia neque mors (com-
minata), neque vita (promissa), neque angelii, ne-
que principatus, neque virtutes, neque instantia,
neque futura, neque fortitudo, neque altitudo;
neque profundum (neque eccl., neque inferi), ne-
que creatura aliqua (que esse aut fangi possit), po-
terit nos separare a charitate Dei, que est in
Christo Iesu Domino nostro. »

Atque ne putes otiosa et inania haec tantum
esse amantis desideria, aut adulantis verba, audi
efficacia charitatis verba. Haec charitate armatus
Paulus, inquit Chrysostomus, Neronem omnes
tyrannos velut quosdam culices estimabat;
haec charitate labores, pericula, crucifixus, mor-
tem, mille supplicia quasi Iudum putabat esse
puerorum; haec charitale Paulus vincitus Jesu
Christi magis quam diademate coronatus gloria-
tus. « Ego, inquit ipse, in laboribus plurimis, in
carceribus abundantes, in plagiis super modum,
in mortibus frequenter. » Neque hic stetit amor
Pauli, sed quotidie celior assurgens, et quasi in-
corporeus, immo igneus ad omnes labores, qua-
reto sumi obliviscens, ad ea vero que priora
sunt, extendens seipsum, ad destinatum perse-
quebatur bravium superne vocacionis Dei in
Christo Iesu: nec ante destitit, quam amori di-
vino vicem reddens, illi vitam eum sudore et
sanguine refudit et profundit. Miremur jam Pan-
dus
ferocian-
tia si-
milia.
Objectum
charitatis
quis to-
tas manu-
das.
Ephem-
eris in-
credibili-
bus ab
in Paule
opinante
ambae-
ma esse
pro
data.
In
seguente
Aposto-
li
capitulo
26.
de Paue

Deum amoris, atque ad Orientem in Occidente pervolasse; miremur eum sua charitate totum munu-
dum esse complexum; miremur eum tot terras
et maria obrassare. Nimurum consecratur se ipse
Deo et amori Christi, idque illi omnes homines
totumque orbem offerre, et ex hominibus, immo
brutis et demonibus angelos efficerre, impensa
sudoris et sanguinis sui satagebat; ac velut ignis
venientes validissimum totum mundum percurrit,
percurrente quoque purgavit. Peccatis ergo Pauli fuit
tentor Christi, Deum totu[m] orbe vehens et cir-
cumferens. Doct. id S. Gregorius, lib. XXVII Mor-
al., cap. VIII, explicans illud Job, xxxvi, 29, Si
voluerit extenderi miles quasi tentor: « Unum
catenam, ait, vincens Romanum pelerat Paulus, occu-
patus mundum, latens in ejus pectore quasi
sub tentorio ibat Deus: quia et oecultus videri
non poterat, et per verbis predicationis proditus,
iter inchoato gracie sine cessatione peragebat. »
Ibat ergo sic Roman in Paulo Deum, ibat Chris-
tus, inde velut a capite invasurus et debellaturas
mundum.

Dominus enim est, qui facit angelos suos spi-
ritus, et ministros suos flammam ignis. « Quo-
die, inquit ipse, immolar propter gloriam ve-
tram, fratres: sed eti immolar super sacrificium
et obsequium fidei vestre, gaudeo et congratular
omnibus vobis. » Sim ego sacerdos, vos hostia,
libamen sanguinis meus. Hac de causa, quasi pater
qui totum orinem genuisset, sic perturbabatur, sic

solicitus erat; sic omnes in regnum regna festina-
bat inducere. « Instantia, inquit, mea quotidiana,
sollicitudo omnium Ecclesiarum: quis infirma-
tur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et
ego non uror? Hac de causa factus est Judeis
tanquam sub lege, infirmis infirmus, omnibus
omnia factus est, ut omnes Christi luxuriant. Hie amor
coegerit eum quasi matrem, os et verba
mutare, alternis blandiendo, increpando, ro-
gando, terrendo, consolando, et in omnes partes
se suos versando. « O insensiti, inquit, Ga-
late; et statim blandiens: o Filii, ait, mei,
quos iterum parturio, donec Christus formetur
in vobis. » Et Philip. ii: « Si qua ergo, ait, con-
solatio in Christo, si quod solutum charitatis,
si que viscera miserationis; amplectus gaudium
meum, ut idem sapientia, candem charitatem ha-
bentes. » En qua charitate se pene evicerat.
Denique Paulus charitale incensus non aliud sat-
galat, quam Dei cultum et gloriam propagare
omnesque ad Dei fidem et amorem perducere.
« Sic ut ferrum, inquit S. Chrysostomus, homil. 3
De Pandi Laudibus, missum in ignem totum ignis
efficiunt; sic Paulus charitale successus, totus
factus est charitas. Unde nunc per epistolam, nunc
per exhortationes, nunc per preces, nunc per
minas, nunc per se, nunc per suos omni studio
confabulatur erigere laborantes, stantes firmare,
humi jaentes attollere, sanare contritos, torpen-
tes animare, hostes restendere, more optimi ducis,
militis et medici, omnium officiorum personas et
munia unus ipse subibit. »

Accipe et multis unum virum hujus charitatis
in infestissimos infestissimos sibi terra ma-
rrique hostes, Iudeos et Iudaizantes, exemplum
parifer et argumentum: « Veritatem dico in
Christo, non mentor, testimonium mihi perbi-
hente conscientia mea in Spiritu Sancto: » ne
putes me aulisticus, amphibolus, rhetorica ampli-
ficatione uti; ne putes me ludere; testor Christum,
testor conscientiam meam, testor Spiritum
Sanctum hujus mei doloris et amoris consicos,
imo causas: « Quoniam tristitia mihi magna est,
et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego
ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis,
qui sunt cognati mei secundum carnem. » Quid
agis, Paule? nonne despis? nonne contra chari-
tatem, contra Christum, pro cæcis Iudeis pug-
nas? Nequaquam, sed pro charitate contra chari-
tatem in charitatem conitor et tendo; opta-
bam et opto anathema esse a Christo; opto pro
charitate Christi a Christo divelli; opto pro sa-
lute Iudeorum, non ab amore, sed a beatitu-
dine et gloria Christi, a Christo et colo, etiam
